# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


# Hrabani Mauri de uniuerso libri I-XI - Cod. Aug. perg. 96


**Hrabanus <Maurus>**



**[S.l.], [9./10. Jh.]**


Praefatio ad Hludowico regem


urn:nbn:de:bsz:31-14112

Domino excellentiſſimo et omni honore digniſſimo hludo uuico regi. Rhabanus uiliſſimus ſeruorū di ſeruus aeternę beatitudinis in xp̄o optat ſalutē.

Audita bona opinione ur̄a quae p̄dicatur p totas puincias germaniae atq; galliae. Et pene in cunctis partibus europae crebris laudibus intonat ſatis exulto. & dn̄i miſericordiā imploro quatinus hoc cū bono augmento ad ſalubrem finē puenire concedat. Ob hoc quippe laboris mei opuſcula quae in ſeruitium xp̄i ipſius largiente gratia ſacras ſcripturas exponendo pu̇tpotui expendi; Non ſine ur̄a cōmunione h̄bere uolui. ſed aliquos tractatus atq; commentarios in diuinos libros conſcriptos ur̄ae ueneratione direxi. Nunc quoq; quia uos quando in p̄ſentia ur̄a fui compertū uos habere dixiſtis aliquod opuſculū me nouiter confeciſſe de ſermonū p̄prietate. & myſtica rerū ſignificatione q̄d &iam a mea paruitate poſtulaſtis uobis dirigi. feci libenter quod p&iſtis. & ipſū op̄s ſubst in xx duob; libris terminatū tranſmiſi. ut ſi ſerenitati ur̄ae placuerit coram uobis relegi illud faciatis. Et ſi aliquid in eo dignum emendatione repertum fuerit cum ur̄is ſagaciſſimis lectorib; prout ratio dictat illud emendare cur&is; ſunt enī in eo plura expoſita de rerum naturis. & uerborum propri&atibus nec non &iam de myſtica rerum ſignificatione quod idcirco ita ordinandū eſtimaui. ut lector prudens continuatim poſitam inueniret hiſtoricā & myſticā ſingularē rerū explanationē. & ſic ſatis facere quodammodo poſſ& ſuo deſiderio in quo & hyſtoriae & allegoriae inueniret manifeſtationē. unde mihi non melius aliud uidebatur huius operis ſumere initium quā ab ipſo conditore nr̄o qui omnium rerū eſt caput & principiū. quia quicquid naturaliter ſubſiſtit. aut auctor

2.

Rom. ii. et creator omnium est aut ab eo
condita creatura. quia ex ipso &
Psal. 120. per ipsum & in ipso sunt omnia qui fe
cit caelum & terram mare & omnia
quae in eis sunt. Sic ergo primum
de ipso summo bono & uero con
ditore pro hoc est patre & filio
& spiritu sancto: Uno & solo omnipotente
deo iuxta paruitatem ingenii mei
quantum diuina gratia me posse
concessit scribendo aliqua dis
serui; postea uero de caelestibus
& terrestribus creaturis. non solum
de natura sed et iam de ui & effec
tibus earum sermonem habere insti
tui. ut lector diligens in hoc ope
re & naturae proprietatem iuxta his
toriam & spiritalem significationem
iuxta mysticum sensum simul posi
ta inueniret. & quia de sanctis homi
nibus qui in uetere & nouo testa
mento commemorantur eorumque
actionibus mysticis. nec non & de
locis in quibus habitabant silere
me non conuenit nomina ipso
rum simul & locorum ex hebraica lin
gua in latinam transferre placu
it. Ut inde facilius mysticam signi
ficationem explanare possem. addi

di quoque in presenti opusculo non
pauca de fide catholica & religi
one christiana & e contrario de gen
tilium superstitione & hereticorum
errore de philosophis & magis
atque falsis diis de linguis gentium
de regum & militum ciuiumque uoca
bulis atque affinitatibus de homine
& partibus eius & reliquis animantibus
de lapidibus lignis & herbis quae
in terra gignuntur de uariis artibus
atque artificiis & aliis multis quae
omnia in prohemio enumerari lon
gum est. proinde quod de his hic po
sui nunc sufficiat. ceterum autem
in capitulis singulorum librorum
diligentius ea enumerare curaui.
decreui enim hoc totum opus ut
supra dixi in uiginti duobus libros
disputari. sub quo numero uetus
testamentum legis diuinae interpres
beatus hieronimus complexum se as
serit excussis interpretatione & ex
positione quaedam obscura in hoc
opere elucidaui. Tu autem electe
domine & regum carissime acceptis
his quae tibi transmisi utere eis ut
decet. & tam tibi quam illis qui sub
tuo regimine sunt constituti ea

utilia ee͂ pmitte · quatinus tuũ bo
num studium multis pueniat ad
spitale pfectum · & fiat tam tibi
quã illi spitale exercitiũ atq; cae
lestis gaudii incrementũ · Imita
re illius sapientis uiri exemplũ
qui de sapientiae laude tale pro
cap. 7. tulit preconiũ dicens · Inuocaui
& uenit in me sps sapientiae · & p
posui illã regnis & sedibus et di
uitias nihil ee͂ duxi in compara
tione illius · Nec compara ui illi
lapidẽ preciosũ · Quõ omne au
rum in cõparatione illius are
na est exigua · & tamquã lutum
estimabitur argentũ in conspec
tu illius · Sup salutẽ & speciem di
lexi illam · & pposui pro luce ha
bere illam · quõ inextinguibile ẽ
lumen illius · Uenerunt autẽ mi
hi omnia bona parit̃ cum illa · &
innumerabilis honestas p manus
illius · et laetatus sum in omnibus ·
quõ ante cedebat me ista sapientia
quã sine fictione didici · & sine in
uidia cõmunico · & honestatem
illius non abscondo ; Infinitus eñi
thesaurus ẽ hominib; quo qui usi
st participes facti sunt amicitiae
dĩ · qm ipse sapientiae dux est ·
& sapientiũ emendator · In ma
nu enim illius sunt & nos & ser
mones nri · & omnis sapientia
& operũ scientia & disciplina ;
Ipse eñi mihi dedit horũ quae st
scientiã uerã ut sciam dispositi
onem orbis trarum · & uirtutẽ
elementorũ · Initium & consum
mationẽ & medietatẽ temporũ ·
uicissitudinẽ pmutationes & con
summationes temporũ · morũ
mutationes · & diuisiones tempo
rũ · anni cursus · & stellarũ dis
positiones · Naturas animaliũ ·
& iras bestiarũ · Vim uentorum ·
& cogitationes hominũ ; Diffe
rentias arborũ · & uirtutes radi
cũ · & quaecumq; sunt absconsa ·
& inpuisa didici · Omnium enim
artifex docuit me sapientia ·;
Unde & iam in libro regũ legitur
dns pbasse petitionẽ salomonis
qui petiit ab ipso dari sibi cor doci
bile · ut iudicare poss& populũ
suũ · & discernere int bonum &
malũ · ubi ita scriptum ẽ · placu 3. Reg. 3.
it ergo sermo coram dño · quod
salomon rem huiuscemodi postu

lass&· Et dixit dn̄s salomoni·
Quia postulasti uerbum hoc· &
n̄ petisti tibi dies multos nec diui
cias· animasq; inimicorū tuorū·
sed postulasti tibi sapientiam
ad discer nendum iudicium·
Ecce feci tibi sc̄dm sermones tuos·
& dedi tibi cor sapiens & intelle
gens· In tantum ut nullus ante
te similis fuerit tui nec post te
surrecturus sit· sed & haec quę
non postulasti dedi tibi diuicias
scilic& & gloriā· ut nemo fuerit
similis tui in regib; cunctis r&ro
diebus· si autē ambulaueris in
uiis meis· & custodieris p̄cepta
mea & mandata mea sicut am
bulauit dauid pater tuus· lon
gos faciam dies tuos; Unde ma
nifestum ē· qd quicumq; uerus
est amator sapientiae· & dili
gens custos mandatorū dī· &
fidelis exsecutor uoluntatis ip
sius usq; in finē· hic hab& eum
protectorē· & adiutorē· In futu
ra uero uita fidelissimū boni stu
dii remuneratorē· & gaudii a&
ni largitorē· Idcirco domine
mi rex ante omnia semp studiū
sit tibi addiscendam sapientiā diuinā
subiectosq; tibi idipsum agere p̄cipi
as· quatinus merito rex nominari pos
sis· qui tem&ipsum & om̄s tibi oboe
dientes sc̄dm uoluntatē dī regere·
& in uiā ueritatis ducere conaris· sic
que fi& ut cū apparuerit rex regum
et dn̄s dominorū· sederitq; in sede
maiestatis suae· & congregatę fue
rint ante eū om̄s gentes· ut recipiant
om̄s iuxta meritorū qualitatē· aut
premiū· aut poenā· tunc tu cum
tuis ad dextris eius stans· audias illā
amabilem sententiā dn̄i quā ad om̄s
electos suos platurus est dicens·;
Uenite benedicti patris mei posside Matth. 25
te paratū uob regnū ab origine mun
di; sicque insertus scōrū co&ibus
ibis cum eo in uitā a&nam ubi simul
cū scīs angelis laetaberis in conspec
tu gloriae ipsius feliciť usque in
finem·

Maiestas omnipotentis dī diu uos hic
conseru& incolomes· & post ea in cę
lesti regno gaudio beatific& sem
piterno·